



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 112. Discordiæ Gallos inter & Florentinos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1494.

victor esset, lanceam femori innixam gestans, primus ante equitum selectissimorum agmen Florentiam die decima septima Novembris ingressus est, civibus eidem, traditis clavibus, fidei Sacramentum exsolventibus. His peractis Florentini qua vi qua sponte cum Rege foedus paciscuntur, quod in cunctis Italiae urbibus promulgatum fuit unacum declaratione publica, qua exponebatur, quod Rex non nisi ad propellendos tyrannos Italiam intraverit, inde vero arma sua ad debellandos Turcas juratos Christianæ fidei hostes circumferre medietur. Nihilominus cum coacta potissimum esset Florentinorum submissio, haud multo post tempore hos inter, & Gallos fervida exarsere jurgia, occasione nata ex pecuniis, quas Galli Regi suo mutuo dandas contendebant.

§. CXII.

Discordiæ Gallos inter & Florentinos.

Guicci. l. I.

Enimvero Galli a Florentinis ducenta aureorum millia Regi solvenda petebant, æstimationis nomine, qua urbis deprædationem redimerent; ast Florentinis non nisi mediam summæ partem numerare paratis, tanta utrinque exorta est contentio, ut teste Guicciardino, Regis Com-

Commiffarii, eoquod Carolus se urbem Sæcul. XV.
 tanquam jure belli partam retenturum, A.C. 1494.
 ac Ministros se absente jus dicturos ibi-
 dem institurum minitaretur, jamjam in
 eo fuissent, ut pulsatis tympanis, infla-
 tisque tubis ad communem direptionem
 signa dari juberent: quinimo Petrus Cap-
 ponius ditissimus Florentiæ Civis, nec-
 non olim in Francia Legatus, ac Floren-
 tinorum Deputatorum princeps, cum
 Petro Medicæo infensus esset, li-
 bellum, in quo Regis postulata scripta
 erant, e scribæ regii manu abripuerat,
 illoque dilacerato voce concitata dixerat:
 quandoquidem tam iniqua ac Patriæ
 meæ injuriosa postulant Galli, hinc æris
 campani sonitu ad arma Florentinos con-
 vocabo, spe fretus populares meos se
 suaque cum propriæ vitæ dispendio de-
 fensuros. Intrepida Capponii libertate
 permotus Rex, ad mitiores descendit
 conditiones, nec abs re; extrema enim
 quæque merito sibi timere poterant Galli
 a populo furente, ira accenso, ac jurium
 suorum tenacissimo.

§. CXIII.

*Concordia Florentinorum cum Rege
Carolo.*

Ergo Florentinis æquiores conditiones
 proponuntur, fuitque conclusum. I.

Q q 3

Regi